

**Latin**  
**Higher level**  
**Paper 1**

Tuesday 17 May 2016 (afternoon)

Candidate session number

1 hour 30 minutes

--	--	--	--	--	--	--	--	--	--

**Instructions to candidates**

- Write your session number in the boxes above.
- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Translate one text in the box provided.
- A dictionary is permitted for this examination paper.
- The maximum mark for this examination paper is **[180 marks]**.



Translate **one** text into English.

**1. Cicero explains the circumstances under which Ligarius remained in Africa.**

itaque Ligarius, cum diu recusans nihil profecisset, provinciam accepit invitus; cui sic praefuit in pace ut et civibus et sociis gratissima esset eius integritas et fides. bellum subito exarsit, quod qui erant in Africa ante audierunt geri quam parari. quo audito partim cupiditate inconsiderata, partim caeco quodam timore primo salutis, post etiam studi sui quaerebant aliquem ducem, cum

- 5 Ligarius domum spectans, ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. interim P. Attius Varus, qui tum praetor Africam obtinuerat, Uticam venit. ad eum statim concursus est. atque ille non mediocri cupiditate adripuit imperium, si illud imperium esse potuit quod ad privatum clamore multitudinis imperitae, nullo publico consilio deferebatur. itaque Ligarius, qui omne tale negotium fugeret, paulum adventu Vari conquievit.

Cicero, *Pro Ligario* 2–4





## 2. Apollo reassures Phaethon of his parentage.

inde loco medius rerum novitate paventem

Sol oculis iuvenem, quibus adspicit omnia, vidit

“quae” que “viae tibi causa? quid hac” ait “arce petisti,

progenies, Phaethon, haud infitianda parenti?”

35 ille refert: “o lux inmensi publica mundi,

Phoebe pater, si das usum mihi nominis huius,

nec falsa Clymene\* culpam sub imagine celat,

pignera da, genitor, per quae tua vera propago

credar, et hunc animis errorem detrahe nostris!”

40 dixerat, at genitor circum caput omne micantes

deposuit radios propiusque accedere iussit;

amplexuque dato “nec tu meus esse negari

dignus es, et Clymene veros” ait “edidit ortus,

quoque minus dubites, quodvis pete munus, ut illud

45 me tribuente feras! promissis testis adesto

dis iuranda palus, oculis incognita nostris!”

Ovid, *Metamorphoses* 2.31–46

---

\* Clymene, es, f.





Please **do not** write on this page.

Answers written on this page  
will not be marked.



08EP06

Please **do not** write on this page.

Answers written on this page  
will not be marked.



08EP07

Please **do not** write on this page.

Answers written on this page  
will not be marked.



08EP08